

formae macropterae (brachyptera hactenus haud inventa) basi late leviter sinuata apice duplo latiore, lateribus versus basin subrectis, sulco transversali in medio posito, disco postico distincte subrugoso-punctato. Long. ♀ macr. $3 \frac{1}{2}$ mm.

Hab. in Turkestan (Verni! d. 28 julii), D. Prof. J. Sahlberg.

Descr.: A *D. stachydis* Reut., cui maxime affinis, antennis brevioribus, totis nigris, scutello nigro-vittato, hemelytris autem unicoloribus nec apice cunei fusco, pedibus brevioribus, tibiis brevius spinulosis divergens. Corpus elongatum. Caput basi pronoti circiter $\frac{1}{5}$ angustius, a tergo visum margine basali verticis fere paullulum longius, antice visum hoc margine saltem dimidio longius, clypeo perpendiculari, basi in linea intermedia oculorum posita, gula dimidium capitis occupante, vertice (♀) medio oculo paulo latiore. Antennae infra lineam intermedium oculorum interne insertae. Pronotum basi longitudine paullo latius. Hemelytra feminae macropterae abdomen tertia apicali parte membranae superantia, membrana cum venis dilute grisecente. Mesosternum infuscatum. Venter sordide flavescens, utrinque vitta laterali picescente. Coxae anticae medium mesosterni parum superantes. Terebra feminae medium ventris attingens.

14. *Globiceps dubius* Reut.

Diagn.: Niger, nitidus, sulco transversali pronoti, maculis albis hemelytrorum, macula mesosterni utrinque nec non macula metapleurarum niveo-squamosis; pronoto pone sulcum fulvo, basi latius nigricante; clavo fulvo, apice nigricante, corio nigro, macula mox pone basin medium superante cuneoque albidis, hoc apice sat late nigro; articulo primo antennarum pedibusque fulvis, tibiis apice tarsisque nigris; vertice maris plano, margine carinato, carina ad oculos leviter arcuata; forcipe maris dextro irregulariter cordato, margine superiore dense aciculato medio profunde sinuato. Long. ♂ $5 \frac{3}{4}$ mm.